Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meo scelera eor. Domui iacob peccata eor. Me etenim die in
diem quærunt. Et sicut uias meas uoluit quasi gens que
iustitiam fecit. Et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant
me iudicia iustitiæ: appropinquare deo uolunt. Quare ieuna
uimus et non aspexisti? Humiliauimus animas nostras et
nesciisti. Ecce in die ieunii uestri inuenietur uoluntas uestra. Et
omnes debitores uestros repetatis. Ecce ad lites et contentiones
ieunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieunare sic
ut usque in hanc diem: ut audiatur in excelso clamor ue-
stri. Numquid tale est ieunium quod elegi. per diem affligere ho
minem animam suam. Numquid conturbare quasi circulum
caput suum. et saccum et cinerem sternere. Numquid istud uo
cabis ieunium et diem acceptabilem domino. Nonne hoc est
magis ieunium quod elegi. Dissolue colligationes
impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos
qui confracti sunt liberos: et omne onus disrumpe. Fri
ange esurienti panem tuum et egenos uagosque induc in do
mum tuam. Cum uidis nudum operi eum. et carnem tuam
ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum.
et sanitas citius orietur. Et ante ibit faciem tuam iustitia tua.
et gloria dei colliget te. Tunc uocabis et dominus exaudiet.
clamabis et dicet. Ecce adsum. quia misericors sum domi
no illo tr. D. d. t. d. s. ℣ deus tuus. Secundum Math.
Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum et odies ini
micum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos
uestros benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequen
tibus et calumniantibus uos. ut sitis filii patris uestri. qui in
celis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos.
et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui